Quæstio Quodlibetaria agitanda In Scholis Medicorum die Iouis 15° februarii

Christophoro Massin Moderatore Prudentissimo.

An Idem Calor nostri ortus et Interitus sit Causa?

Facultas opifex diuinioris cuiusdam originis quæ ex principibus qualitatibus siue ex humoribus quatuor (elementis animalium sanguine præditorum) colore et consistentia et caliditate et frigiditate inuicem differentibus uiuere et copia probe permistis, hominem (animalium omnium sapientissimum) famum [illegible] atque constitutionis officinatrix. attamen quia mutationibus tum internis tum externis obnoxius est, hoc uno momento sibi similis durat. Etenim non solum aer ambiens mortalibus uitæ et morborum ægris author, atque admonenda accidentalia non lædunt, sed etiam nobis ingenita et a principiis nostræ generationis humidis, temperamentoque dissimilibus orta, insitum temperamentum (quatuor primarum qualitatum concentus) ætatis decursu corrumpunt.

Prima igitur uiuentis corporis intestina corruptio siccitas est, quam calor nobis ex semine insitus omnium actionum naturalium author, qui quidem nos ab initio efformauit, auxitque ad mortem usque deterius, humidum primigenium quo consistere solidæ absumendo parit. Nam ut humor uitæ est amicus ita et siccitas a uita remota: unde a prima genitura corpus humidius, ad uitam usque siccius efficiendo sui interitum siue febre et dolore conficitur, fitque ex senio marcor.

Altera autem quæ in corporibus fit mutatio, triplicis est substantiæ solidæ utriusque continuo fluentis (eius in [illegible] quam in humidior maior est) dissipatio. Ut igitur quod effluxit suppleatur, necessarium est alimentum medicamento contrarium, illudque non tenue, non æquale, sed uberius ubi calidus superabundat, et quoniam animal nutritur substantia persimili prioris quæ effluxerit, cibo non uario, et naturæ graui, sed imminuto (quando labor auctus prandeat) sicciori substantiæ effluxum potest, quo et facilius repleamur, ita siccior ualentior est, humidiorem substantiam resarcimus deinde arteriarum motu perpetuo et respiratione libera, aereas igneasque substantias modo tuemur.

Cum uero non omnis ciborum substantia in nutrimentum abeat, sed quod uitiosum est relinquatur, excrementorum regeneratio sequitur necessaria, quæ et qualitate et quantitate naturam grauantia, si cunctando putrescunt, ubi uehementius mouentur, non modo horrorem rigoremque (qui sola intensione et remissione differunt) febrium intermittentium signa, sed et febrem continentem morbum pariunt. Ergo siue sit calidum, siue frigidum sit, aut expellas, aut [illegible] alteres oportet. Itaque uero non est excrementum a natura alteratum.

Corpus igitur nostrum siue rarum salubris uiuat, siue densum morbo (qui si naturæ, ætati, temporique congruens sit, minus periculosus est) seruitiat: atque ut natura morborum (quorum alii ad alia tempora uertunt, et malis se habent) medicatrix sola, contrariis expellas, siue intemperatum intra sanitatis latitudinem, tum solidis, tum contrarii fouendo. postremo secundum naturam se habentes omnes actiones obeant (et naturales in quibus infantes plane calidioris ætatibus præstant, et animales, ad quas subtilitatis adolescentium ætas longe omnium est aptissima) similibus conseruemus, tamen propter naturalem calorem senescunt corpora, et corrumpuntur moriunturque.

Ergo Idem Calor nostri ortus et Interitus Causa est.



Asserebat Guillelmus De Boissy Pontisarensis. 1565.

Domini Doctores disputaturi.

M. Ioannes Liebault.	M. Mauritius de la Corde.	M. Ioannes le Lasseur.
M. Nicolaus Audouart.	M. Petrus Rauyn.	M. Nicolaus le Grand Med. Reg.
M. Nicolaus Richelet.	M. Ioannes Rochon.	M. Valentinus Hierosme.